FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS

Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 124r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Prologus comemorans, qualis fuerit occasio scribendi hoc opus de victoria ubi dei. Quid significet hoc ipsum uocabulum eiusdem operis de victoria ubi dei. Confessio fidei quod uerbum dei deus sit. Quod duobus modis cognoscatur uerbum dei. et qui sint ipsi duo cognitionis eius modi. Ut unus optimus cognitionis modus sit. efficiens ut cognitor uerbi dei digne et iam possit eloqui uerba dei. Quod a nobis victoria uerbi dei digne uel sufficienter magnificari non possit. Quibus uel qualibus aduersarius uerbi dei qui uictus est ex nominibus suis agnoscendus sit. et quam ob causam draco septem capitum nominetur in apocalipsi. unde satanas. unde diabolus. unde serpens. unde draco dici debuit. Item quo tempore ceperit talia agere. qualium respectu uocabulum draconis congruat illi. Superiorum siue antiquorum commemoratio ex uerbis prophetis. unde satanas dictus sit. uel quale habuerit materiam superbiendi. Item ex uerbis prophetis. quale mendacium genuerit ille pater mendacii. contra ueritatem dei. et qualia dona dei perdiderit. De eo quod dixisse arguitur in corde suo. ascendam super altitudinem nubium. similis ero altissimo. Item ex uerbis prophetis. qualiter dum se habere uolens. uniuersas angelorum multitudines ad famulandum sibi submittere uoluerit. et de his qui consenserunt illi. Quod negando se creaturam esse dei nullum contra se testem stare posse putauit pro testimonio creatoris. Quod contra eum testis extiterit uerbum dei. et quod testimonium eius spiritum pars quedam accepit. pars quedam non accepit. Quod pars illa que testimonium eius non accepit sit inexcusabilis. quia in uidendo creatori fauerunt diabolo. rebelles luminis. De damnatione illius. et consencientium illi. et qualiter per ministerium sanctorum angelorum debellati fuerint. et quod uerbum dei sit ignis sapientia dicente. omnis sermo dei ignitus clippeus est sperantibus in se. De eo quod ait psalmista.

tu terribilis es. et quis resistet tibi. ex tunc ira tua.

Quale per similitudinem possit animaduerti quod in propheta dictum est. et perdidi te de medio lapidum ignitorum. uel sub audiendum est. quia illorum ignem sufferre non potuisti. Quod ex illo certamine quo diabolus est deiectus. princeps milicie sanctorum angelorum michahel sit dictus. quod interpretatur quis sicut deus.

De eo quod dictum est ad beatum iob. quis demisit lapidem angularem terre. cum me laudarent simul astra matutina. et iubilarent omnes filii dei. Item de eo quod dictum est ad eundem beatum iob. potestas et terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. Quod non iuxta quosdam nullam in celo moram habuit cum propheta dicat in eum. in medio lapidum ignitorum ambulasti. perfectus in uiis tuis. a die condicionis tue. donec inuenta est iniquitas in te. Animaduertendum esse quod in sublimibus dei reuera pacem turbauit. et de eo quod ait dominus. uidebam satanam sicut fulgur de celo cadentem. Cur non dixit uidi. sed uidebam inquit. Cur illum cum presciret casurum fecit deus tam magnum. et de pharaone cui dictum est. in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te fortitudinem meam. et quod per hanc similitudinem promptum sit agnoscere contra diabolum iusticiam dei in reprehensibilem. Unde et quo diabolus proiectus sit. quali de celo. quale iam tunc in infernum ceciderit. De nomine ipsius quod est diabolus. et de eo quod est satanas. quibus ex locis scripturarum edita sint primitus. et quid grece. quid hebraice significet hoc ipsum nomen diabolus. et cur angeli eius demones dicantur. De sanctorum angelorum nouem ordinibus. et quod nec boni angeli cadere nec mali resurgere possunt ulterius. Responsio ad illos qui opinantur quod ante quam celum et terra fierent facti fuerint angeli. et unde facti existimentur. De perfectu angelorum quod non ita creati fuerint ut illis continuo nichil deesset tocius perfectionis. et quia creator solus est qui absque